Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



IO

quos precepis ei. morte moriatur/ tantum confortare et uiriliter age.

Misit ergo iosue filius nun de sethim duos uiros exploratores abscondite et dixit eis. Ite et considerate terram. urbemq; iericho. Qui pgentes ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine raab. et quieuerunt apd eam. Nunciatumq; est regi iericho. et dicim. ecce uiri ingressi sunt huc pnocten de filiis israel. ut explorent terram. Misitq; rex iericho ad raab dicens. educ uiros qui uenerunt ad te et ingressi sunt domum tuam. exploratores qpe sunt et omnem terram considerare uenerunt. Tollensq; mulier uiros abscondit et ait. fateor uenerunt ad me. sz nesciebam unde essent. Cumq; porta claderetur intenebris. et illi pariter exierunt nescio quo abierint psequimini eos. et comprehendetis eos. Ipsa autem fecit ascendere uiros in solarium domus sue opuitq; lini stipula que ibi erat. Hii autem qui missi fuerant secuti sunt eos. pua quae ducit ad uadum iordanis. Illo egressis statim tanua clausa est. et nec dum obdormierant qui latebant. et ecce mulier ascendit ad eos. et ait. Noui qd tradiderit dominus uobis terram/ nrum irruit sup nos terror uri et elanguerunt omnes hitatores terre. Audiuimus qd siccauit dominus aquas maris rubri ad uri introitum qn egressi estis exegypto. et que fecistis duobus amorreorum regibus qui erant transiordanem seon. et og quos interfecistis/ et hec audientes pmuimus. et elanguit cor nrm. nec remansit in nobis spe ad introitum uri. Dominus eni ds uri ipse est deus in celo sursum et in terra deorsum. Nunc ergo iurate mihi per dominum ut quomodo ego feci uobis cum misericordia. ita et uos faciatis cum domo pris mei. detisq; mihi signum uerum ut saluetis patrem meum et matrem. fratres et sorores meas et omnia que eorum sunt et eruatis animas nras de morte. Qui responderunt. Anima nostra sit pro uobis in morte. si eam non pideris nos. Cumq; tradidit nobis dominus terram faciemus tecum misericordiam et ueritatem. Dimisitq; ergo eos per funem de fenestra/ domus eius erat enim herebat muro/ dixitq; ad eos. Ad montana conscendite ne forte occurrant uobis reuertentes/ ibiq; latete tribus diebus donec redeant et sic ibitis pua uiam uestram. Qui dixerunt ad eam. Innocui erimus iuramento hoc quo adiurasti nos. si ingredientibus nobis terram signum fuerit funiculus iste coccineus et ligaueris eum in fenestra pquam nos dimisisti et patrem tuum ac matrem fres que et omnem cognationem tuam congregaueris in domum tuam. Qui hostium domus tue egressus fuerit sanguis ipsius erit in capd eius. et nos erimus alieni/ eorum autem sanguis qui tecum fuerunt in domo redundabit in capud nrm. si eos aliquis tetigerit. Qd si nos pdere uolueris et sermonem istum pferre in medium erimus mundi ab hoc iuramento quo adiurasti nos. Et illa respondit. Sicut locuti estis ita fiat. Dimittensq; eos ut pgerent appendit funiculum coccineum in fenestra. Illi uero ambulantes pueneruntad